UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

Capita Hvivs Libelli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45790

Visual Library

CAPVT XVI.

De contemptu conſolationum terrenarum.

1. BEatus, qui non habet conſolationem in terra. Beatus, qui deſpicit omnem requiem temporalem pro Chriſto. Beatus, qui pati ſcit, cùm à Deo & ab hominibus derelictus fuerit. Beatus, qui ordinationem Dei expectat, & omnia de manu eius accipit.

2. Diſce ſine humano ſolatio viuere, etiam cùm copia adſit cõſolatorum. Fragile & indurabile eſt ſolatium in hominibus confidere, aut nimis de eorum præſentia gaudere, vel de abſentia contriſtari. Nec enim tu diu hîc eris, nec illi etiam diu tecum permanebunt. Citò cuncta obliuioni tradentur: & ideo tamquam nihilum & inane, omnes res mundi in corde tuo cenſeantur. Sit locus tuus proprius, regnum Dei & manſio cęleſtis: vbi Chriſtus eſt in dextera Dei Patris. Nulla terra, nulla patria, nulla ciuitas tibi placeat aut alliciat ad videndum: ſed tantùm cæleſtis habitatio Sanctorum; vbi ſunt nouem ordines angelorum, laudantes Deum in ſecula ſeculorum. Amen.

DOCTRINALE SEV *MANVALE IVVENVM.*

CAPITA HVIVS LIBELLI.

DE commendatione ſacræ ſcripturæ. Cap. I.
De differentia Clerici & Monachi. II.
De theſauro eloquiorum diuinorum. III.
De bonis ſcriptoribus librorum. IV.
De firma cuſtodia librorum. V.
De ornatu clauſtri bene fundati. VI.
De indocto clerico, ſine ſacris libris. VII.
De cantu Eccleſiæ in hymnis & pſalmis. VIII.
De feſtis Chriſti, & reliquijs Sanctorum. IX.
De moribus humilis fratris, & vitijs ſuperbi & pigri. X.
De abnegatione ſui & omnium rerum. XI.
De deſiderio cæleſtium gaudiorum. XII.